

(2) Explorabit, imo manifestabit, omnes mundanorum nequitas, jam temporis mirè omnino pallias.
 (3) Dei Sanctitas inumè odit omnes avopias nō avipas, nemo igitur blandiatur sibi per peccatorum extenuations, per rationem status, temporum necessitatem, &c. en anima Dei odit amantem iniquitates!

USUS E VERSU VI.

(1) Rigor suppliciorum Dei super impenitentes est plane horribilis. Ut pluvia decidit nonnunquam insperato, graviter, copiosè, &c. sic Dei plague, ad exemplum imbrum,

A diluvii, Sodomeorum, &c. Procellæ irunt immenso cum strepitu, subvertunt obvia, parcunt nemini; ita plagæ divine.

(3) Ut portio certa seu calicis demensum, datur accumbenti: ita homo incorrigibilis suam reportabu pnam. L. de peccati pœnis.

USUS E VERSU VII.

(1) L. de Dei justitia.

(2) De amore justitiae, tum approbante, tum compen- sante.

(3) De providentia erga fincerè pios.

PSALMI XII. DISPOSITIO.

*Corruptistarum furor. Mundus spelunca latronum.
Lingua superba.*

P Ræmittitur h̄ic (1) Suspirium pro salutis exhibitione: v. 1. cui subjunguntur ratios (1) ob defectum pietatis atque fidei v. 2. (2) ob ingravescens falsiloquium v. 3. Sequitur suspirium aliud

II. profalsiloquii exterminio: ubi tum excisio, in voce יכִה, tum resexcenda: quod vis labium blandiens, nec non lingua grundiloqua; v. 4. promittens sibi præminentiam, vers. 5. eludens cujusquam domini resistentiam: ibid.

III. Introducitur ipse supremus omnium Dominus pronuncians vers. 6. de (1) surre-

B ctione ad auxilium, ob (2) miserorum devestationem, egenorum suspirationem: ibid. Cui pronunciationi à Davide subjungitur (3) verborum divinorum commendatio, quod sint omni acceptione digna, si quidem instar argenti liquati munda vers. 9. h.e. neminem possint seducere vel defraudare.

IV. Repetitur petitum primum (a) de piorum conservatione contra seculum præfens corruptum vers. 8. Ratio (b) ne invalescat impiorum numerus, vitiis impune toleratis; vers. 9.

P S A L M U S XII.

L Ekach tof ait, hunc Psalmum à Davide fugente esse compositum ob רְגַדְתָּךְ delatores, percontantes loca, ubi ipse delitesceret, eademque Sauli indicantes. Muis censet, forte ob Doëg & Ziphæos proditores esse factum, 1. Sam. XXII. & XXIII. Verum præstat hæc cuncta accipere tanquam communem Ecclesiæ omnium temporum querelam, velut ostendent sequentia.

EXPLICATIO VERSUS I.

לְמַנְצֵחַ:) vide Psal. IV, 1.

הַשְׁמִינִית:) vide Psal. VI, 1.

מִזְטוֹרָה:) vide Psal. III, 1.

EXPLICATIO VERSUS II.

הַשְׁלָמָה יְהוָה יְשִׁיעָה salutem præsta:) impiis oppugnantibus resistendo, pios innocuos defendendo, atque è statu miserò in felicem gloriosè transfrerendo, nec non inibi potenter conservando; Psal. VI, 5. Absolutè præmittitur hoc verbum, Salva, non addita personâ, locô, tempore aut modô salvandi, quia nimirum hoc omne divinæ committitur benignitati, cui nihil præscribitur. Sic in formula consueta, Hosanna, eadem voluntatis humanae submissio locum quoque habet.

גַּטְרָה defecit vel esse defit.:) (ut Psalm. VII, 10.) i. e. difficillimè reperitur in hac perversa Saulis republica, interque ejus aulicos. Tales autem sermones generales ex humanâ quandoque timiditate proficiscuntur; sicuti Elias se solum putabat relictum veri Dei cultorem, 1. Reg. xix, 10. Rom. XI, 3. Confer de pietatis decremento Jer. VII, 28. IX, 7. Hab. 1, 4.

חַסְרָה pins:) h.e. qui partim immeritam apud Deum consecutus est misericordiam, partim et-

iam ipsem erga proximum benignitatem exercet, nec non suum de aliis benè merendi. Deoque ac hominibus probitatem comprobandi studium, privatim ac publicè contendit exercere, sic enim vocabulum hoc accipitur, tum activè, pro beneficio, v. g. de Deo Psalm. XVIII, 26. CXLV, 17. Jerem. III, 12. itemque de veris ejus filiis, paternam hanc beneficentiam (Matth. V, 44. 45.) imitantibus Mich. VII, 2. Psalm. XVIII, 26. &c. tum

C pasivè pro beneficiario, alterius beneficiis gratiosis cumulatô, ut Psalm. LXXXVI, 2. xxx, 5. xxxi, 24. &c. Qui uterque significatus piis merito tribuitur; nam qui activè charitatem in proximum non exerit, hoc ipso Patris summi gratiam se nondum consecutum, vel eadem excidisse, aut se ejusdem non esse filium, satis testatur. vide Prov. II, 8. & NB. Cœch. Sanb. p. 158. item Gatak. inn. p. 268.

פְּסָרִים imminentia sunt:) instar ejus rei, quæ in frusta פְּסָרִים comminuitur, hinc R. Nathan verbum hoc, semel tantum h̄ic occurrens, exponit, per אֲסֶפֶת collectionem, absolucionem, Lekach tof. sie seynd zugangen.

אַמְנוֹנִים fidelitates:) nulla amplius inter homines restat fides aut candor, sed omnia hypocrisi, hæresibus, fucô, simulationibus ac dolis sunt collutulata. Ita nomen hoc à sing. אַמְנוֹן fides (Deut. xxxii, 20. filii בְּנֵי לְאַמְנוֹן) in plurali accipitur non pro concreto, (fidelis) sed pro abstracto (fidelitas) v. g. Proverb. XIII, 17. legatus אַמְנוֹן fidelitatum i. e. fidelis, cap. xiv, 5. testis אַמְנוֹן: cap. xx, 6. vir אַמְנוֹן Jeza. XXVI, 2. gens justa אַמְנוֹן sic 2. Sam. xx, 19. Psalm. XXXI, 24. (præterea non extat.)

אַמְנוֹן